

tatis. Nusper quilibet armatus pro poena soluet in am marcam et hoc de-  
bet conuertj pro emenda Ciuitatis Et si Consules sederent in loco solito  
Et consueto Et aliqua secreta coram eis agerentur quod hac tantum nim  
Et Vigorem talem haberent, ac si eorum Iudicio bannito fierent, uel fuif-  
sent facta, ut autem hac confirmatio nostra firma Et inuiolabilis tem-  
poribus perpetuis perseneret, ad huiusmodj euidentiā rei pleniorē pre-  
sentes literas fieri Et Sigilli nostri minimine iussimus roborari. Actum  
Craconia die Dominica proxima ante festum Sancti Galli. Anno  
domini. Millesimo trecentesimo quadragesimo Secundo presentibus his  
nobilibus nostris Spirituero Castellano Craconiensi Mstisio Sandomi-  
riensi Imbramo Craconiensi Pallatinis Petro Sandomiriensi Andrea Wi-  
sliczensi Castellanis. Ioanne Wdico Craconiensi Ioanne Craconiensi He-  
rico Sandomiriensi, Subcamerarijs Et alijs quamplurimis fidedignis.

Dat. per manus Significi Praepositi Sancti Michaelis et Vicecancellij curia  
Iura

**CIVITAS CRACO.**  
**VIA PER DECRETV**  
**STEPHANI REGIS**  
**LIBERA PRONVNCI-**  
**ATVR A PODWODARV**  
**ET AVRI CORONARY CO.**  
**STRIBVTIONE EXACTIONEQ3**  
**STEPHANVS DEI GRATIA REX POLONIA**  
Magnus DVX Lithwania, Russia, Prussia, Masonia, Samo-  
gitia, Riconia, Wolhinia, Podlachia, Liconia et Princeps Transyluanie et.



Significamus nostris hisce literis in Vniuersum & singillatim omnibus quorum  
 interest. Vocatos esse ad nos nostrumq; Iudicium ad instantiam Instigatoris Can-  
 sarum fisci nostri Spectabiles & Famulos Proconsulem & Consules Civitatis  
 nostrae Cracoviensis literis Citationis nostrae, ratione non solutionis neq; ex-  
 traditionis ad fiscum & thesaurum nostrum Contributionum seu exactio-  
 num pecuniarum quae a Civitatibus Regni nostri nomine Podwodarum conferrj so-  
 lent tum et pecunia Auri Coronarij vulgo dictj Coronatia necnon etiam speci-  
 aliter Serrenissima coniugis nostrae charissima. Deinde vero Serrenissimj Hen-  
 ricj quondam Regis Poloniae, aliorumq; proventuum ex LAVDO communij debito-  
 rum, per eosdem retentorum ad Fiscum & thesaurum nostrum pertinentium. In  
 quo termino ex literis Citationis eiusmodi proveniente Nobiles & Spectabiles  
 Lucas Moretinus & Ioannes Miancziński Philosophiae et Medicinae Doctores Con-  
 sules et nuncij Civitatis nostrae praedictae Cracoviensis hac in causa ad nos Wars-  
 saviam missi allegabant Civitatem eandem Cracoviensem uti primariam ad eig-  
 modj Contributiones pecuniarias tam Podwodarum quam Auri Coronarij vul-  
 go Coronatia dictj non tenerj. Propterea quod ipsa Civitas nostra Cracoviensis  
 iuxta praescriptum antiquissimorum Virum Consuetudinum, Privilegorum, Li-  
 bertatum, decretorumq; a Divis DVctibus & Serrenissimis Regni Poloniae Re-  
 gibus et Monarchis praedecessoribus nostris eidem Civitati Cracoviensi benigne  
 & clementer concessorum, & latorum ab omnibus & singulis dacijs, exactio-  
 nibus contributionibus & quibusvis oneribus & angarijs quocunq; nomine no-  
 citatis, tum et ab abstatione equitaturae, quae vulgo Podwoda dicuntur perpetuis  
 temporibus libera, exempta q; sit, atq; in eiusmodi Virum, Privilegorum, Immi-  
 nitatum, libertatum, consuetudinum, Decretorumq; continuo usu, & pacifica  
 possessione, hactenus semper conservata extiterit neq; aliquas constitutiones et-  
 iam in Conventibus regni laudatas, in ipsam Civitatem nostram Cracoviensem  
 uti primariam Secunde Regni extendi posse dicebant. Praeterea etiam  
 ostendebant ac antiquis Regestris coram nobis comprobabant Auri corona:



rum per ipsos nunquam pendi solitum esse. Sed in locum illius dona et  
munera circa hominum post ipsam statim inaugurationem REGUM et Prin-  
cipum REGNARUMq; dari solere, atq; etiam nunc nobis O Serenissima con-  
ingi nostra data esse. Quae omnia autentice literis Vrini Privilegiorum li-  
bertatum, decretorumq; suorum, tam O regestrorum antiquorum coram no-  
bis reproductum ac exhibitum sufficienter nobis demonstraverunt. Petentes  
se iuxta, prescriptum tenoremq; eiusmodi immunitatum, libertatum, Vrini  
consuetudinum, Privilegiorum ac decretorum a nobis conservari. Nos itaq; no-  
lentes Vrini quemq; in Vribus, libertatibus, immunitatibus, Privilegijs, consue-  
tudinibusq; suis, ac iuxta decreta conservare de Consilio Senatorum nostro-  
rum lateri nostro tunc ipsos Proconsulem O Consules totamq; Communitate  
Civitatis nostrae Cracoviensis iuxta prescriptum antiquissimorum Privile-  
giorum eorundem O secundum antiquissimam consuetudinem conservan-  
dos esse duximus, prout presentij DEcreto nostro conservamus atq; ab eius-  
modi Citatione Instigatoris Causarum fisci nostri impetitione, Ea cau-  
sa liberos omnino O absolutos pronunciamus perpetue O in eum  
DEcementes ipsam Civitatem nostram Cracoviensem ubi primariam ab  
eiusmodi tam Podwodarum quam Avri Coronarij Contributione exactio-  
neq; peccuniaria liberam O absolutam penitus esse debere, neq; demum  
Vllo unquam tempore Constitutiones aliquas si quae in contrarium ipso-  
rum Vrini Privilegiorum O Decretorum laudatae fuerint Vribus, liber-  
tatibus, Privilegijsq; ac DEcretis ipsorum obesse, ac nocere posse, aut debere  
perpetuis temporibus. Nihil tamen derogari generali limitationi, ac Pri-  
vilegijs Vribusq; eiusdem Civitatis nostrae Cracoviensis, vigore quorum Vr-  
ra ac Privilegia sua nullibi producere, neq; etiam respondere, quam in  
Aulce Cracoviensi coram nobis tenentur. In quorum omnium praemisso-



fidem & testimonium Scillicet nostrum presentibus est subappensum.  
 Datum WArssonia feria tertia post festum Visitationis BE.  
 ata Mariae Virginis proxima. ANNO Domini 1576, alias Millesimo  
 quingentesimo Septuagesimo Sexto. Regni vero nostri. ANNO Primo.  
 Petrus Dominus Wolski Regni Poloniae Cancellarius.

Ex originali descriptum & cum eodem collatum.

# PACTA REGNORVM PO. LONIAE & GERMANIAE

**N**os Ferdinandus etc et nos  
**S**igismundus Recognoscimus ac Notum fa:

ciamus Vniuersis & Singulis presentibus et futuris harum  
 notitiam habituris. Quandoquidem qui Christi locum in terris regunt eos  
 elaborare in hoc maxime deest ut cuius locum obtinent eius uestigijs incedat  
 Nos memoria tenentes quod non aliunde potestas nostra sit quam ab eo a quo  
 nomen ducimus cuius appellationem censerimus domino nostro Iesu Chri.  
 sto qui quos ipse nobis subiecit populos eos loco suo regere nos uoluit et guber.  
 nare huc omnes curasset cogitationes nostras conuertendas duximus ut qua.  
 tenus id humanitus praestari potest adiuuante eo cuius id solius munere  
 contingit quam proxime ad similitudinem eius accederemus perquam Reges  
 regnant Principes imperant et potentes decernunt iustitiam. Quoniam ue.  
 ro non illi potentiam suam non sapientiam, sed eam solam qua societas ho.  
 minam inter ipsos continetur Dilectionem qua nos prior ipse prater meritum  
 nullum nostrum prosecutus est imitari uoluit Ut sicut ipse dilexit nos ita in.  
 cissim et ipsi diligeremus inuicem ac pacem, concordiam, tranquillitatemque  
 mutua in nos conseruauerimus, neque potest illi sacrificium ullum a mor: